HIERONYMUS
um 836/859 Seite 100r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

et omnes conspiciant et obstupescant perisse
regem tyriorum. et nihili factum esse non in multis
saeculis sed in uno. uel certe in perpetuum ut
impleatur illud quod scriptum est non parcam
tibi et non miserebor. Solent haebraei inter
ceteras fabulas suas. ΕΠΕΛΛΟΤΙΑΣ. atq;
interminabiles quaestiones haec contra
hiiram regem tyri dicta intellegere cum a salo
mone usque ad hiezechielem annis sint plu
rimi quos eo tempore homines non uixisse
perspicuum est. et sic pronuntiare quasi per
hironiam prophetam ad eum loquatur. numquid
tues signaculum similitudinis dei plenus sapien
tiae et perfectus decore et cunctis ornatus la
pidibus tu cherub uel creatus cum cherub cum
e contrario peccaueris et in cinerem dissol
uendus sis. addunt quae fabulae suae mira
culum ut contra scripturae auctoritate · immo sine scripturae
dicant chiramillo uixisse annis uerum haec
quam uiolenta sit interpretatio absque
nro iudicio prudens lector intellegit.
Et factus est sermo dni ad me dicens. fili homi
nis pone siue offirma faciem tuam contra